



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118596

§. 93. Hispaniæ Regis querelæ ad Papam contra ejns Legatos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](#)

mnino consensuros, ne de continuatione **Sæc. XVI.**
 mentio fieret usque ad Synodi exitum: **A.C. 1562.**
 ex adverso autem firmiter credebant,
 ab Hispaniæ Rege in quodam libello
 fuisse significatum, quod consentiret Cæ-
 sar, ut rupta omni mora Continuatio
 extemplo declararetur. Verum utrum-
 que confessim patuit falsum esse: nam
 Hispani eodem die, quo Cæsarei hoc
 de ipsis affirmarunt, Præsides rogabant,
 ne a concepta Decreti forma ea verba
 mox relata tollerent usque ad accessum
 Piscarii Marchionis, qui exspectabatur
 in horas: is vero postea adventans o-
 mnino contraria significabat iis, quæ pro-
 certis posuerant Cæsariani, nam hi o-
 mnibus iis, quæ vel leviter Synodi con-
 tinuationem indicare videbantur, vehe-
 menter sese opponebant.

§. XCIII.

Hispaniæ Regis querelæ ad Papam contra ejus Legatos.

Ut ea res plenius intelligatur, scien- **Pall. l. 16. c. 6.**
 dum est, per eos dies allatam fuisse **n. 4.**
 legatis epistolam Pontificis cum duobus
 libellis, quos Philippus Hispaniæ Rex
 ad Papam miserat, atque in iis de Le-
 gatis acerbas querelas instituerat, &
 quidem in primo, eoquod in decimæ
 septimæ Sessionis decreto hæc verba
 fuissent apposita: *Proponentibus Legatis;*
in

Sæcul. XVI. in altero autem querebatur, quod mon-
A.C. 1562. ram interjecissent Legati in declaran-
 da Synodi continuatione. Verum re-
 scripferunt illi epistolam Pontifici, bre-
 vem quidem, sed obsequentissimam er-
 ga Hispaniæ Regem, eo fine, ut illa hu-
 ius Oratori Romæ posset ostendi: in-
 super alteram epistolam satis prolixam
 ad ipsum Regem scripsere, Papæ Nun-
 tio Crivello communicandam, qui pa-
 riter Philippi mentem Legatorum præ-
 cipuo significabat: porro in ea stude-
 bant Legati tria simul conjungere I.
 summam in Regem Catholicum reve-
 rentiam, II. claram in se purgandis ra-
 tionem, III. intrepidam quamdam fidu-
 ciam in sustinenda Ecclesiæ pote-
 state, & Concilii dignitate: ceterum in
 priori Regis scripto memorata verbu-
 la *Proponentibus Legatis*, incusabantur
 tanquam nova, illucque tendentia, ut Sy-
 nodi libertatem minuerent, offenditionem
 Catholicis inferrent, & hæreticos ab ac-
 cessu ad Synodus retraherent: Legati
 vero ad se purgandum hæc exponebant
 Regi. „Miramur, quod aliqui tam sinistris
 sermonibus, rationibusque tam frivo-
 lis studuisserunt purissimam, ac benignis-
 simam Regis mentem ab ipsius famu-
 lis tam addictis alienare: idcirco in pri-
 mis opus est, ut Rex sincere fiat cer-
 tior de re gesta, quæ sic habuit: Par-
 ticula

ticula illa, una cum tenore totius De- Sæcul. XVI.
A.C. 1562.
 „creti fuit prius a nobis communicata
 „solis Hispaniæ Præsulibus, ad exi-
 „stimationis, ac fiduciæ argumentum,
 „hoc est, cum Guerrero, & Augusti-
 „no, quorum primus cuncta plene pro-
 „baverat, alter autem aliarum vocum
 „mutationem postulaverat, & obtinuerat,
 „nullamque nec ipse, nec alii diffulta-
 „tem de illa voce indicabant: „ porro
 dein Decretum proponebatur, & una-
 nimi consensu in cœtu generali reci-
 piebatur.

§. XCIV.

*Legati suam innocentiam coram Hispa-
 niæ Rege vindicantes.*

His addebant Legati: „ in Sessione Pallav. c. 6.
n. 5. § 6.
 „ duo tantummodo ex Patribus re-
 „ pugnabant, duo autem alii Præfules
 „ consensere sub conditione hac, ut *Le-*
 „ *gati proponerent id, quod Synodo dignum,*
 „ *ut proponeretur, visum esset: nam fir-*
 „ *miter credebatur, quod per eam clau-*
 „ *salam aditus obstrui possit, ne qui per*
 „ *inquietum ingenium suum tentarent,*
 „ *præteritas definitiones in controver-*
 „ *siam vocare, cum id a multis adeo ex-*
 „ *peteretur, quamvis regiæ suæ Majesta-*
 „ *ti displiceret: si vero voces a nobis ad-*
 „ *hibitæ erant novæ, in omni Republi-*
Hist. Ecclej. Tom. XLIV. M m „ca